

66. Urbanus Rhegius<sup>1)</sup> an Thomas Blaurer.Tett nang (Anfang 1524)<sup>2)</sup>

[Er dankt für einen Brief Blaurers und legt seine Ansicht über die Beichte dar. Die schwierige Stellung der evangelischen Prediger. Warnung vor den Wiedertäufern.]

Urbanus Regius Thomæ Blaurero.

Unser gemeinsamer Freund Wolfgang M.<sup>3)</sup> hat mir Deinen willkommenen Brief übergeben. Ich hätte Euch in Eueren Studien nicht stören sollen, hoffte aber, so die Blaurer zum Schreiben zu veranlassen, und bitte, meine aufrichtige Zuneigung als Entschuldigung gelten zu lassen; zu bereuen habe ich es nicht, da ich für ein eilfertiges Schreiben zwei Briefe erhalten habe.

Gratulor tibi, mi Thoma, tantum hunc præceptorem<sup>4)</sup>, quem tam egregie et eruditione refert et spiritu. Excussa plane et docta responsio tua tam scite propositæ quæstionis nodum explicat, ut ne ipsa quidem Wittenberga quiverit melius, siquidem non sic necessariam aurium confessionem esse contendit vir dei, ut citra eam non constet salus. Verum apposite, opinor, necessaria vocabimus, quæcunque fuerint eiusmodi remedia, quibus nostre imbecillitati consulit unicus ille animarum medicus Christus; nam etsi deuteriosibus hæc confessio ita sit oppressa, ut nec minutulum quoddam christianæ libertatis in ea deprehendas, non tamen ob has hominum paleas eradicandum est et triticum, quod tam efficaciter animi morbis medetur. Porro Martinus, qui hoc confessionis genus necessarium esse scripsit, non protinus commenta et carnificinas monachorum re optima abutentium confirmat, sed usum rei bonum indicat citra libertatis christianæ iacturam. Ad hæc, si confessio auricularis mera etiam esset hominum traditio, qualis est lex de esu carni in iure combusto, mire tamen placet Lutheri in tractandis conscientiis prudentissima modestia, cum dissuere quam discerpere mavult, quæ tam longa consuetudine et tot seculis sunt obfirmata. Necessaria est igitur pavidis conscientiis aurium confessio, non tam ob exactam, imo curiosam illam delictorum recensionem quam ob audiendam divinam de se sententiam, qua mens trepida horrendis scelerum ac pœnarum spectris misere undique coangustata dulcissime solatur, erigitur, vivificatur. Sic enim unius

<sup>1)</sup> Vgl. S. 26, Anm. 2.

<sup>2)</sup> Nach Uhlhorn, a. a. O., S. 52 und 351 f. hielt sich Rhegius Ende 1523 und Anfang 1524 in Langenargen und Tett nang auf; nach S. 85 wäre obiger Brief kurz vor der Abreise nach Augsburg geschrieben; doch ist diese nach S. 62 nicht genau zu bestimmen, vgl. Roth, Augsburgs Reformationsgesch. I (1901), S. 126 f.

<sup>3)</sup> Schwerlich Musculus, dagegen vielleicht Mangold, der spätere Stadtschreiber von Zürich, damals in Konstanz, vgl. Kindler v. Knobloch, a. a. O. III, S. 21.

<sup>4)</sup> Philipp Melancthon, wie die folgende Erörterung zeigt.

mense convictores aliquot per sese absque aliorum auxilio oblatum cibum capiunt ac mandu(c)ant, nonnulli ob manuum debilitatem proposito vesci cibo nequeunt, nisi a sanis porrigatur, frangatur atque in os ponatur. Ita sunt in ecclesia, qui fide vegeta prædicatum publice evangelium per se accipiunt et rectas dei semitas intelligunt, quibus speciali istac absolute et confessione aurium forte nihil est opus. Rursum invenias, qui audito verbo vitæ vacillanter adhærent, ubi in publicum profertur omnibus; ceterum si quis his ipsis privatim verbum salutis applicaverit, tum demum infirma eorum conscientia erigitur. Horum fragilitati consultum esse volunt Martinus et Philippus. Proinde satis asperum mihi videtur, quod Zwinglius, vir doctus, sic excindit confessionis plantationem, ut ne fibras quidem ulla relinquat<sup>1)</sup>. Non incassum claves datæ sunt nec tantum ad solvenda crimina etiam in compitis cantata, sed et ad privatam conscientiarum medelam inter fratres, id quod 18. Matthæi caput abunde testatur. Constat igitur sibi Martinus, non scribit pugnancia Philippus, si recte intelligantur. Ego autem, cui tamen nullum aliud scribendi argumentum erat, non potui non ostendere amicis, qua parte veritatis inimici Martinum calumniari possent, et nosti, quantum momenti in eiusmodi collationibus situm sit, quæ non præcipiti adfectu, sed iudicio sano fiunt; modestia item et infirmorum ratio diligenter habita supra veri fidem promovent evangelicum negotium. O quoties et quam vehementer uror, cum maleferiatos quosdam video prætextu evangelicæ libertatis mille offendicula ponere fratribus, ex quorum moribus efferis et vita perditissima protinus estimamur omnes, quotquot verbum dei synceriter prædicamus! Quam periculosa sunt hæc tempora, optime Thoma, quam necessarium est nobis, ut lucerna sit pedibus nostris verbum domini in his plusquam Aegyptiacis tenebris, quam fœde nobis dominatur omnis iniustitia, quoties non dirigit gressus nostros Christus! Nihil non virium et astutiarum profert Satanas, quo evangelii cursum impediatur; quosdam idiotas extimulat, qui impudentissima mendacia adversus verbi ministros comminiscuntur. Hunc aiunt in virginitatem Mariæ illibatam blasphemio ore degrassari, alium divos cœlis deturbare, leges Cæsarum, omnem civilitatem ac obedientiam tollere, quo nos in odium apud populum adducant. Habet et momos suos adversarius noster, qui tantum non penetralia cordium intuentur. Hic audires tragœdias; si quem paulo lætius confabulantem cum amico aut non hypocritice vestitum viderint, confestim ganeonem dissolutissimum appellant. Nuper quidam etiam in os loquebatur neminem eorum, qui Lutheri conatibus favent, esse, in

<sup>1)</sup> Zwingli hatte in der Auslegung und Begründung der Schlußreden, im Juli 1523 erschienen, die Ohrenbeichte durchaus verworfen, s. Stähelin, a. a. O. I, S. 294.

quo vel mica sit integritatis. Vide, quam nos undique premat hostis, ut taceam insidias, quæ nusquam non parantur evangelizantibus. Ah, mi Thoma, deum precare, ut recto pede ad evangelii veritatem nos faciat incedere. Nos, qui alios docere debemus, nimium carnales sumus, quorum ego si non  $\alpha$ , tamen  $\omega$  sum. Hostes nostri summam pietatem, summam castitatem, omnia summa a nobis exigunt; non veritatem verbi, sed vitam ministri inspiciunt non prius credituri, quam ubi nos ex omni parte sanctos esse viderint. Nos vero in latere et luto heu nimium misere adhuc laboramus. Invoca deum, quo spiritu fidei carnem nostram mortificet, ne, dum aliis evangelizamus, ipsi reprobis inveniamur. Audio Satanam pro sua natura a dextris insidiari evangelio apud vos; sunt enim, qui pueros ante annos pubertatis aut rationis usum nolunt baptizari, quod credere ipsi in ea ætatula non possint, credere autem baptizandum oporteat iuxta verbum Marci ult. etc. Bella tragœdia! Assensum forte nostræ rationis expectant, et dum evangelicissimi videri volunt, evangelium pessumdant; liberum arbitrium erigitur. Quæso, mi frater, quis assensum parit in adulto, quem ipsi fidem vocant? Nonne infusum est donum a spiritu sancto? Hic opifex cum suapte virtute tam potens sit, ut in adulto assensum ad bonum cogitare atque velle perficiat, quid obstabit, quominus in puero idem possit, qui capatior esse videtur charismatum, utpote a Christo commendatus, et minus obstrepunt actioni spiritus sancti dictamen, consilium et technæ rationis, quæ ubi optima et acutissima est, ibi minus est fidei. Cur igitur rationem expectemus, ut, si maxime parentum fides non sufficiat aut operetur? Spiritui sancto tamen modum aut limites agendi præscribere imperium esse quis dubitat? Hortare Vannium, ut vaniloquis hisce hominibus os obturet malleo scripturarum, quod et ipse facturum eum non dubito. Vale. Tetani anno MDXXIII.

Celerrime inter equites et thoraces.

Vannium ex me saluta millies.

## 67. Michael Hummelberg an Thomas Blaurer.

Ravensburg 1524 Februar 23.

[Er bittet Blaurer, häufig zu schreiben, und wünscht ihm eine tüchtige Gattin. Hummelberg wirkt im häuslichen Kreis für die Reformation.]

Obgleich Menlishofer mir oft schreibt, wären mir doch häufigere Briefe auch von Dir willkommen, der Du mit reinem Sinn Frömmigkeit und Bildung vereinigt. Ich möchte aber Deine Studien nicht benachteiligen und bin dankbar, wenn Du mir zuweilen in freien Stunden schreiben willst. Es freut mich, daß es Dir gut geht. Sei getrost; Gott, dem Du diese Sache befohlen hast, wird Dich mit einer passenden Gattin verbinden; ich wünsche Dir die beste.